




El Señor Corregidor me presenta la adjunta Real Orden , y Bula de su Santidad , que vâ à su continuacion.

**A** Viendose remitido al Consejo con Real Orden el exemplar de la Bula de su Santidad , por la que concede à su Magestad los aumentos de Diezmos , y Primicias de las Terras , y Montes incultos , que se reduzcan á Pasto , y Labor : Acordò su cumplimiento , para que le tenga en essa Provincia , y Pueblos de la comprension de esse Corregimiento ; à quien la harà saber : acompaña igual trássumpto de orden del Consejo ; y Vm. darà aviso del recibo , por mano de el Señor D. Miguel Fernandez Munilla , para ponerlo en su noticia ; en la inteligencia , de que por la via reservada se ha participado à todos los M. R<sup>dos</sup> Arzobispos , y Obispos respectivos.

Dios guarde á Vm. muchos años , como deseo.  
Madrid , y Noviembre 26. de 1749. D. Joseph Antonio de Tarza. Señor D. Joachin Hurtado de Mendoza.

1986  
1987



## VENERABILIBUS

Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis Regnum Hispaniarum,  
& Insularum Canariarum.

## BENEDICTUS PP. XIV.

„ Enerabiles Fratres  
„ V salutem, & Aposto-  
„ licalam benedictio-  
„ nem. Nuper pro  
„ parte Charissimi  
„ in Christo filij Nostri Ferdi-  
„ nandi Hispaniarum Regis Ca-  
„ tholici Nobis expositum fuit,  
„ quod aliis, postquam fel. rec.  
„ Gregorius PP. XIII. Prædecessor  
„ Noster ad supplicationem clar.  
„ mem. Philippi II. dum vixit,  
„ earumdem Hispaniarum Regis,  
„ quasdam suas in simili forma  
„ Brevis expeditas ediderat litteras,  
„ tenoris sequentis, videlicet. Foris.  
„ Venerabilibus Fratribus Archie-  
„ piscopis, & Episcopis Regnum  
„ Hispaniarum. Intus verò. Grego-  
„ rius PP. XIII. Venerabiles Fratres  
„ salutem, & Apostolicam bene-  
„ dictiōnem. Exponi Nobis nuper  
„ fecit Charissimus in Christo fi-  
„ lius noster Philippus, Hispania-  
„ rum Rex Catholicus, quod cum  
„ aliis pro parte clar. memor. Ca-  
„ roli Romanorum Imperatoris ejus  
„ Genitoris, qui etiam Ara-  
„ gonum, & Navarræ Rex Ca-  
„ tholicus existebat, expositum  
„ fuisset Julio PP. III. Præde-  
„ cessori nostro, quod olim ipse  
„ Ca-

## A LOS VENERABLES

Hermanos Arzobispos, y Obispos  
de los Reynos de las Españas,  
& Islas de Canarias.

## BENEDICTO PP. XIV.

ENERABLES Hermanos, salud, y bendicion Apostolica. Poco ha, que por parte de el muy amado en Christo Hijo nuestro Fernando, Rey Catholico de las Españas, Nos ha sido representado, que en otro tiempo Gregorio Papa XIII. nuestro Predecesor, de feliz recordacion, à instancia de Phelipe II. Rey de las mismas Españas, de clara memoria, havia publicado ciertas Letras suyas expedidas en igual forma de Brève, del tenor siguiente; es à saber. A espaldas. A los Venerables Hermanos Arzobispos, y Obispos de los Reynos de las Españas. Dentro. Gregorio Papa XIII. Venerables Hermanos, salud, y bendicion Apostolica. Poco ha, que el muy amado en Christo Hijo nuestro Phelipe, Rey Catholico de las Españas, Nos ha hecho representar, que por parte de Carlos, Emperador de Romanos, su Padre, de clara memoria, que tambien era Rey Catholico de Aragón, y Navarra, se representó en otro tiempo à Julio Papa III. nuestro Predecesor, que considerando

A pru-

„ Carolus Imperator , & Rex pro-  
 „ vidè considerans Habitatores  
 „ Regnum Aragonum , & certæ  
 „ partis Navarre propter penu-  
 „ riam Aquarum , & stirilitatem  
 „ quæ exinde causabatur in eorum  
 „ alimentis , & alijs rebus humanae  
 „ vitæ necessarijs , maximam pati-  
 „ egestatem , & tamquam optimus  
 „ Subditorum suorum Protector ,  
 „ egestati hujusmodi providere vo-  
 „ lens , ex duobus insignibus flu-  
 „ minibus Ibero videlicet , & Gia-  
 „ lone per dictum Regnum Ara-  
 „ gonum decurrentibus , Aguas  
 „ prædictis Terris irrigandis dedu-  
 „ ci manda verat , & cum ex præ-  
 „ missis , tam propter aliorum dic-  
 „ torum fluminum asperitatem ,  
 „ quam etiam longitudinem Fo-  
 „ vearum , & Rivulorum pro de-  
 „ cursibus Aquarum necessarijs fa-  
 „ ciendis hujusmodi magnæ ex-  
 „ pensæ necessariæ essent , & ad  
 „ eas sublevandas Sedis Apostoli-  
 „ cæ auxilium , & auctoritas , prout  
 „ in similibus fieri consueverat , re-  
 „ quireretur , rec. mem. Clemens  
 „ VII. & Paulus II. Romani Ponti-  
 „ fices etiam Prædecessores nostri ,  
 „ ad ipsius Caroli Imperatoris , &  
 „ Regis supplicationem , per diver-  
 „ sas eorum litteras certis probis vi-  
 „ ris in partibus illis , & eorum cui-  
 „ libet dederant in mandatis , ut  
 „ habita per eos , seu eorum al-  
 „ terum diligenti informatione quam-  
 „ tum quolibet anno à tum pro-  
 „ ximè præteritis tribus annis fer-  
 „ tili cum sterili computatis , pro  
 „ Decimis , & Primitijs ex fruc-  
 „ tibus in Terris dictorum Regno-  
 „ rum ,

prudentemente el mismo Carlos , Emperador , y Rey , que los Habitantes del Reyno de Aragón , y de cierta porcion de Navarra , por la falta de Aguas , y esterilidad que de ello se originaba , padecian grande escasèz en sus mantenimientos , y otras cosas necesarias para la vida humana ; y queriendo , como buen Protector de sus Subditos , proveer á esta necesidad , havia mandado conducir Aguas de dos famosos Rios , que corren por el referido Reyno de Aragón ; es à saber el Ebro , y el Jalón , para regar dichas Tierras ; y siendo necesario para lo referido el consumo de grandes dispendios , así por la af- pereza de Terrenos de los dichos Rios , y otros , como por lo dilatado de las Zequias , y Canales , que son indispensables abrir para el curso de semejantes Aguas ; y haviendo pedido , à fin de subvenir á ellos , el auxilio , y autoridad de la Sede Apostolica , como se hay a acostumbrado hacer en tales casos , Clemente VII. y Paulo II. Pontifices Romanos , tambien nuestros Predecesores de feliz recordacion , à súplica del mismo Carlos , Emperador , y Rey , havian mandado , por diversas Letras suyas , á ciertos hombres buenos , y à qualquiera de ellos en aquellas partes , que hecha exacta informacion por ellos , ó alguno de ellos , de quanto se havia pagado en cada un año de los tres ultimos , regulando el fertil con el esteril , por los Diezmos , y Primicias de los Frutos cogidos en las Tierras de dichos Rey- nos ,

„ rum collectis , Ecclesijs , Mo-  
 „ nasterijs , & alijs pijs locis ,  
 „ aut illarum , seu illorum Rec-  
 „ toribus , vel beneficiatis Cæ-  
 „ saraugstanæ , & Tiraſonen-  
 „ sis Civitatum , & Diœcesum per  
 „ solutum fuisset , illisque perpe-  
 „ tuis temporibus futuris ſingu-  
 „ lis annis persolutis , augmen-  
 „ tum Decimaru[m] , & Primitia-  
 „ rum , quod tam ex fructuum  
 „ ſuperexcentia propter Ter-  
 „ rarum irrigationem hujusmodi ,  
 „ quam ex Novalibus , que de-  
 „ rivatione , & irrigatione Aquæ  
 „ rum hujusmodi provenirent , aut  
 „ propterea ad culturam , & fru-  
 „ gem pinguorem redigerentur pro-  
 „ tempore , ſicut dicto Carolo Im-  
 „ peratori , & Regi , illiusque in  
 „ dicto Regno Aragonum Succes-  
 „ ſoribus , cum primùm Aquæ stu-  
 „ minum hujusmodi per Foveas ,  
 „ ſive Rivulos ad Terras hujusmo-  
 „ di irrigandas perducerentur , li-  
 „ cet ad finem perduetæ non fo-  
 „ rent , etiam annis ſingulis per-  
 „ ſolvendum eſſe decernerent . Poſ-  
 „ ſteā verò , licet dictus Carolus  
 „ Imperator , & Rex in aliquibus  
 „ partibus dicti Regni Aragonum ,  
 „ quas pro irrigandis Terris hujus-  
 „ modi per Foveas , & Rivulos cum  
 „ magnis expensis deduci feciſſet ,  
 „ exindè Habitatoribus earumdem  
 „ Partium utilitas , & commoda  
 „ non parva proveniſſent , ac ſu-  
 „ perexcentiam Decimaru[m] , &  
 „ Primiciarum , etiam Novalium  
 „ hujusmodi Carolo Imperatori ac  
 „ Regi , & Successoribus præ-  
 „ dictis modo præmiſſo persol-  
 „ ven-

nos , à las Iglesias , Monasterios ,  
 y otros Lugares píos , ó á los Rec-  
 tores de ellas , ó à los Beneficia-  
 dos de las Ciudades , y Diocesis  
 de Zaragoza , y Tarazona , y pa-  
 gados aquellos en cada un año  
 en los futuros perpetuos tiempos ,  
 decretassen , que el aumento de  
 los Diezmos , y Primicias , que af-  
 si por el de Frutos , à causa de este  
 riego de Tierras , como de el de  
 los Novales , que por el curso , y  
 riego de las Aguas provinieſſen , ó  
 porque con el tiempo llegassen à  
 ſer de mas pingue cultivo , y pro-  
 ducto , se debía pagar tambien ca-  
 da año al mismo Carlos , Empera-  
 dor , y Rey , y à sus Succesores en  
 dicho Reyno de Aragón , como  
 primero ſe conduxeſſen estas Aguas  
 à las Tierras , que ſe debían regar  
 por Zequias , ó Canales , aun-  
 que estos no quedaffen perfeccio-  
 nados . Y despues , bien que el dicho  
 Carlos , Emperador , y Rey , hu-  
 vielle hecho llevar à algunas par-  
 tes de dicho Reyno de Aragón , à  
 gran costa , las Aguas por Zequias ,  
 y Canales para regar estas Tier-  
 ras , y que de ello huvielle re-  
 ſultado no poca utilidad , y con-  
 veniencia à los Habitantes de las  
 dichas partes , y que el aumento de  
 los Diezmos , y Primicias , y tam-  
 bien de los Novales , ſe huvielle  
 decretado , y declarado por algu-  
 nos Jueces , diputados para esto  
 con autoridad Apostolica , que en  
 virtud de las referidas concessio-  
 nes , y despues de la previa informa-  
 cion , ſe debía pagar al referido  
 Carlos , Emperador , y Rey , y à sus

„ vendum esse , prævia informa-  
 „ tione , vigore predictarum con-  
 „ cessionum per nonnullos Judi-  
 „ ces ad hoc deputatos , autorita-  
 „ te Apostolica decretum , & de-  
 „ claratum fuisset , ipse Carolus Im-  
 „ perator , & Rex superexcrescen-  
 „ tia Decimarum , & Primitiarum  
 „ hujusmodi ratione dictarum Im-  
 „ pensarum , jam uti , & frui in-  
 „ cœpisset ; tamen , quia in diversis  
 „ partibus Regnorum Castellæ , &  
 „ Legionis , ac Toleti , etiam prop-  
 „ ter Aquarum penurian , & quæ  
 „ exinde causabitur , sterilitatem  
 „ illarum , Habitatores in collec-  
 „ tione segetum , & fructuum hu-  
 „ manæ vitæ hujusmodi necessa-  
 „ riorum , egestatem , & detrimen-  
 „ ta non parva patiebantur . Idem  
 „ Carolus Imperator , qui etiam  
 „ Castellæ , & Legionis ac Toleti  
 „ Rex existebat , etiam super hoc  
 „ providere volens Xarama per  
 „ Regnum , & Diœcesim Toleta-  
 „ nam , ac nonnullis aliis flumini-  
 „ bus per Castellæ Legionis , &  
 „ Tolleti Regna fluentibus , Aquas  
 „ ad Terras per diversas etiam Fo-  
 „ veas , seu Rivulos deduci facere  
 „ intendebat ; & quoniam in de-  
 „ ductione Aquarum hujusmodi  
 „ ingens copia Laboratorum , &  
 „ magna , & immensa expensæ re-  
 „ quirerentur , & pro illis subve-  
 „ niendis etiam dictæ Sedis auto-  
 „ ritas , & auxillium necessaria esse  
 „ viderentur , idem Carolus Impe-  
 „ rator , & Rex eidem Julio Prä-  
 „ decessori supplicari fecit , ut pro-  
 „ subventione tot impensarum in  
 „ Foveis , & Rivulis pro decur-  
 „ si-

sobredichos Successores , en el mo-  
 do referido ; y que el mismo Car-  
 los , Emperador , y Rey , huviese ya  
 empezado à usar , y gozar del au-  
 mento de estos Diezmos , y Primi-  
 cias , por razon de dichos gastos ;  
 pero , porque en diversas partes  
 de los Reynos de Castilla , y  
 Leon , y Toledo , se padecia tam-  
 bien no poca necesidad , y per-  
 juicios por la escasèz de Aguas , de  
 que resultaba à los Habitantes de  
 ellas esterilidad en las Cosechas de  
 Granos , y Frutos necessarios pa-  
 ra la vida humana , el mismo Car-  
 los , Emperador , que tambien era  
 Rey de Castilla , Leon , y Toledo ,  
 queriendo proveer igualmente so-  
 bre esto , intentaba hacer tambien  
 conducir por diversas Zequias , y  
 Canales Aguas de Xarama , que  
 corre por el Reyno , y Diocesi de  
 Toledo , y de algunos otros Rios ,  
 que igualmente passan por los  
 Reynos de Castilla , Leon , y To-  
 ledo , para regar Tierras ; y res-  
 pecto de que para la conducción  
 de estas Aguas se necessitaba de  
 un gran numero de Trabajado-  
 res , y de crecidos , è immen-  
 sos gastos ; y que para subve-  
 nient à ellos , pareciò ser assi-  
 mismo necesario el auxilio , y  
 autoridad de la dicha Sede , el  
 mismo Carlos , Emperador , y  
 Rey , hizo suplicar al dicho Ju-  
 lio , Predecesor , que para ali-  
 vio de tantos dispendios como  
 era necesario hacer en las Ze-  
 quias , y Canales , que , segun va  
 dicho , se havian de hacer , y ne-  
 cessariamente abrir para el cur-  
 so

„ sibus Aquarum hujusmodi ( ut  
 „ prædictur ) fabricandis , & ne-  
 „ necessario faciendis , excrementiam  
 „ Decimarum , & Primiarum ,  
 „ ratione irrigationum Terrarum  
 „ ultimò dictarum proventuram ,  
 „ ac Decimas Novalium quarum-  
 „ cumque derivatione , & irriga-  
 „ tione Aquarum hujusmodi pro-  
 „ venturas , seu propterea ad cul-  
 „ turam , & frugem pinguorem  
 „ redactorum , sibi , & successori-  
 „ bus præfatis concedere dignare-  
 „ mur ; Idem Julius Venerabilibus  
 „ Fratribus Archiepiscopo Toleta-  
 „ no , & Zamorensi , ac Abulen-  
 „ si Episcopis , & eorum cuilibet  
 „ similiter commisit , & manda-  
 „ vit , quatenus habita per eos , vel  
 „ eorum alterum diligentis infor-  
 „ matione quantum quolibet an-  
 „ no , à tribus annis citrà , fertili-  
 „ cum sterili compensatis , pro De-  
 „ cimis , & Primitijs ex fructibus in  
 „ Terris etiam Novalibus dictorum  
 „ Regnum Castellæ , Legionis , ac  
 „ Tolleti collectis , Ecclesijs , Mo-  
 „ nasterijs , Præceptorij , & Hos-  
 „ pitalibus cujuscumque Ordinis ,  
 „ etiam Sancti Joannis Hierosoly-  
 „ mitani , ac Militarium Sancti Ja-  
 „ cobi de Spatha , ac de Alcantara ,  
 „ & Calatrava , seu alijs pijs locis  
 „ in Civitatibus , Oppidis , Locis ,  
 „ seu Villis in eisdem Regnis Cas-  
 „ tellæ , & Legionis , ac Tolleti con-  
 „ sistentibus , aut illarum , vel il-  
 „ lorum Abbatibus , Prioribus ,  
 „ Præceptoribus , & Rectoribus ,  
 „ seu Beneficiatis , aut quibusvis  
 „ alijs qualitercumque qualifica-  
 „ tis , Decimas , & Primitias hu-

„ ius-

so de estas Aguas , se dignasse de-  
 conceder à él , y á sus referidos  
 Successores , el aumento de Diez-  
 mos , y Primicias , que por razon  
 del riego de las Tierras ultima-  
 mente nombradas , huviese de  
 provenir , y tambien los Diezmios  
 de Novales , que huviesen de re-  
 sultar de la conduccion , y riego de  
 qualesquiera de estas Aguas , ó que  
 por causa de ellas viniessen à ser de  
 cultivo , y de mas pingue fruto ; el  
 mismo Julio cometíó , y mandó  
 igualmente á los Venerables Her-  
 manos Arzobispo de Toledo , y  
 Obispos de Zamora , y Avila , y à  
 qualquiera de ellos , que en quan-  
 to hecha por ellos , ó por qual-  
 quiera de ellos , exacta informa-  
 cion de lo que se huviese pagado  
 en cada un año de los tres ultimos  
 passados , regulado el fertil con el  
 esteril , por Diezmios , y Primicias  
 de los Frutos cogidos en Tierras ,  
 y Novales de los dichos Reynos  
 de Castilla , Leon , y Toledo , à  
 las Iglesias , Monasterios , Precep-  
 torías , y Hospitales de qualquie-  
 ra Orden , como tambien de San  
 Juan de Jerusalèn , y de las Mi-  
 litates de Santiago de la Espa-  
 da , de Alcantara , y Calatrava ,  
 ó à otros Lugares píos , que  
 existen en las Ciudades , Villas ,  
 Aldéas ; ó Pueblos en los mis-  
 mos Reynos de Castilla , Leon , y  
 Toledo , ó à los Abades , Priores ,  
 Preceptores , y Rectores , ó Bene-  
 ficiados de ellas , ó de ellos , ó à  
 qualesquiera otros calificados en  
 qualquiera manera , que perciben  
 estos Diezmios , y Primicias , si el

B men-

„ jufmodi percipientibus persolu-  
 „ tum fuisset , si rpaefatus Carolus  
 „ Imperator , & Rex Aquam ex  
 „ dicto Xarama , & alijs fluminibus  
 „ dictorum Regnorum Castellae ,  
 „ Legionis , ac Toleti , vel eorum  
 „ alicujus , ubi major necessitas fue-  
 „ rit deduci fecisset , taliter , ut  
 „ propter Terrarum hujusmodi ir-  
 „ rigationem fructus excrescerent ,  
 „ & ubiores fierent , auctorita-  
 „ tate Apostolica statuerent , &  
 „ ordinarent , & quilibet eorum  
 „ statueret , & ordinaret , quod solu-  
 „ tis annis singulis perpetuis futu-  
 „ ris temporibus , Abbatibus , Prio-  
 „ ribus , Præceptoribus , & Rectori-  
 „ bus , seu Beneficiatis , & quibusvis  
 „ alijs personis , Decimis , & Primi-  
 „ tijs ; prout in uno ex dictis tribus  
 „ annis fertili cum sterili ( ut præ-  
 „ dicitur ) compensatis , soluta fui-  
 „ sent , excrescentia , seu augumen-  
 „ tum Decimarum , & Primitia-  
 „ rum hujusmodi propter Terra-  
 „ rum irrigationem pro tempore  
 „ provenient , & Decimæ Noval-  
 „ lium ultimò dictorum in dictis  
 „ Regnis Castellæ , Legionis , & To-  
 „ leti annis singulis , ac perpetuis  
 „ futuris temporibus ad eundem  
 „ Carolum Imperatorem , & Re-  
 „ gem , illiusque Successores præ-  
 „ dictos legitimè spectarent , &  
 „ pertinerent , illisque solvi de-  
 „ berent , ordinarent , statuerent ,  
 „ & decernerent , & quilibet  
 „ eorum ordinaret , statueret ,  
 „ & decerneret dicta auctoritate  
 „ Apostolica , ac pro manuten-  
 „ tione , & perpetua tutione dic-  
 „ torum Rivulorum , seu Fovea-

„ rum ,

mencionado Carlos , Emperador ,  
 y Rey , hiciesse conducir Agua del-  
 dicho Xarama , y de otros Rios  
 de los referidos Reynos de Casti-  
 lla , Leon , y Toledo , ó de alguno  
 de ellos , à donde la necesidad  
 fuere mayor ; de manera , que por  
 razon del tal riego de Tierras se  
 aumentassen los Frutos , y viniessen  
 con mayor fertilidad , ordenassen ,  
 estableciessen , y declarassen ellos ,  
 y qualquiera de ellos ordenasse ,  
 estableciesse , y decretasse con au-  
 toridad Apostolica , que pagados  
 en cada un año en todos tiempos  
 en lo venidero , á los Abades , Prio-  
 res , Preceptores , y Rectores , ó  
 Beneficiados , y à qualesquiera  
 otras personas , los Diezmos , y  
 Primicias , como en uno de los di-  
 chos tres años , regulado [ segun-  
 vâ expressado ] el fertil con el es-  
 téril , se pagassen el exceso , y au-  
 mento de los tales Diezmos , y  
 Primicias por tiempo provenien-  
 tes , por razon del riego de las  
 Tierras , y los Diezmos de los  
 Novales ultimamente dichos , en  
 los referidos Reynos de Castilla ,  
 Leon , y Toledo , en cada un año ,  
 y perpetuamente en los Futuros  
 tiempos , al mismo Carlos , Empe-  
 rador , y Rey , y que tocassen , y per-  
 teneciesen legitimamente à sus  
 mencionados Successores ; y que  
 ordenassen , estableciessen , y decre-  
 tassen , y qualquiera de ellos orde-  
 nasse , estableciesse , y decretasse con  
 autoridad Apostolica , que se de-  
 biessen pagar à ellos ; y que para la  
 manutencion , y perpetua conserva-  
 cion de dichas Zequias , ó Canales ,

pu-

„ rum , quecumque Statuta , &  
 „ Ordinationes rationabilia , &  
 „ honesta ederent , statuerent,  
 „ ac quilibet eorum ederet , &  
 „ statueret , ac pro perfectio-  
 „ ne , & manutentione Fovea-  
 „ rum , & Rivulorum hujusmo-  
 „ di , cum Operarijs , & Ope-  
 „ ratoribus corundem Rivulo-  
 „ rum , & Fovearum tam quoad  
 „ observationem festorum , quam  
 „ eorum in quibus , ut ab ope-  
 „ ribus servilibus abstineatur , ab  
 „ Ecclesia Statutum est non te-  
 „ nerentur , auctoritate Apos-  
 „ tolica dispensarent , & quili-  
 „ bet eorum dispensaret , om-  
 „ niaque alia , & singula circa  
 „ premissa quomodolibet neces-  
 „ saria , & opportuna eadem  
 „ auctoritate facerent , & exe-  
 „ querentur , & aliis prout in  
 „ litteris dictorum Praedecesso-  
 „ rum sub Annulo Piscatoris ,  
 „ vel aliis expeditis pleniū con-  
 „ tinetur. Cum autem , sicut ea-  
 „ dem Expositio subjungebat ,  
 „ idem Philippus Rex in dictis  
 „ Regnis Successor , etiam Sub-  
 „ ditorum suorum Optimus Pro-  
 „ tector , & egestati , qua  
 „ propter penuriam Aquarum in  
 „ diversis partibus , & domi-  
 „ niorum suorum pariter pro-  
 „ videre volens , non solum in  
 „ dicto Regno Toletano , & ex  
 „ Xarama , & ex Tajo ex quo  
 „ jam unus Rivulus derivatus , &  
 „ deductus existit fluminibus , ve-  
 „ rum in alijs Regnis , Provin-  
 „ cijs , & Principatibus Hispania-  
 „ rum , & Insulis Canariarum ei-

publicassen , y estableciessen ellos , y  
 publicase , y estableciesse qualquie-  
 ra de ellos qualesquiera Estatutos ,  
 y Ordenanzas razonables , y discre-  
 tas ; y que para la perfecta conclu-  
 sion , y conservacion de los tales  
 Canales , ó Zequias con autoridad  
 Apostolica dispensassen , y qual-  
 quiera de ellos dispensasse con los  
 Trabajadores , y Operarios de las  
 mismas Zequias , y Canales , sobre  
 que no estuviesen obligados , assi  
 en quanto á la observancia de dias  
 de Fiesta , como de aquellos , en que  
 está mandado por la Iglesia deberse  
 abstener de Obras serviles ; y que  
 con la misma autoridad hiciessen ,  
 y executassen todas las demás co-  
 sas , y cada una de ellas de qual-  
 quiera modo necessarias , y conve-  
 nientes en quanto á las sobredi-  
 chas , y lo demás , que mas larga-  
 mente se contiene en las Letras de  
 los dichos Predecesores , expedi-  
 das baxo del Anillo del Pescador ,  
 ó en otra forma . Y como , segun  
 la misma Exposicion añadía , el  
 mismo Phelipe , Rey , Successor en  
 los dichos Reynos , tambien co-  
 mo buen Protector de sus Subdi-  
 tos , queriendo igualmente proveer  
 á la necesidad , que por la falta  
 de Agua se padece en varias partes  
 de sus Dominios , intenta , para re-  
 medio de estas necesidades , aun-  
 que á grande consta , y dispendios ,  
 hacer conducir Aguas para regar  
 Tierras , no solo en el dicho Reyno  
 de Toledo de los Ríos Xarama ,  
 y Tajo , de que yá se tiene tirada ,  
 y sacada una Zequia , sino tam-  
 bien en otros Reynos , Provincias ,

y

„ dem Philippo Regi quomodo-  
 „ libet subjectis , & quorum ipse  
 „ Philipus Rex & Dominus exis-  
 „ tit , ab consulendum eisdem ne-  
 „ cessitatibus , ex iisdem , & aliis  
 „ fluminibus per dicta Regna ,  
 „ Provincias , & Principatus , Do-  
 „ minia , & Insulas decurrentibus  
 „ Aquas similiter pro Terris irri-  
 „ gandis deduci facere , quam-  
 „ vis cum magno sumptu , & ex-  
 „ pensis intendat ; pro parte dicti  
 „ Philippi Regis Nobis fuit humili-  
 „ liter expositum , & supplica-  
 „ tum , quatenus ejus , suorum  
 „ que Successorum dispendio , &  
 „ indemnitati , ac sumptibus per  
 „ ipsum Philippum Regem , &  
 „ Successores forsitan suos in hu-  
 „ jusmodi opere faciendis provi-  
 „ dere , ipsique specialem gratiam  
 „ faciendo super excrescentiam  
 „ Decimarum , & Primitiarum  
 „ etiam Novalium ex Aquis pra-  
 „ Terris irrigandis non solum ex  
 „ Toletana , & ex Xarama , &  
 „ Tajo , verum ex alijs fluminibus  
 „ per Regna , Provincias , Principa-  
 „ tus , & Dominia Hispaniarum , &  
 „ Insulas Canariarum hujusmodi  
 „ decurrentibus , per ipsum Regem  
 „ Philippum , & Successores suos  
 „ deducendis , & derivandis , seu  
 „ forsitan jam deductis , & deriva-  
 „ tis quomodolibet provenientem ,  
 „ cum Aquæ prædictæ primùm ad  
 „ Terras irrigandas perducantur ,  
 „ licet ad finem perductæ non fue-  
 „ rint , annis singulis eidem Philip-  
 „ po Regi , ejusque in dictis Regnis  
 „ Successoribus in perpetuum con-  
 „ cedere , & elargiri , aliasque in  
 „ præ-

y Principados , é Islas de Ca-  
 „ narias , de qualquier modo su-  
 „ jetas al. mismo Phelipe , Rey , y  
 „ de que es Dueño , y Señor el  
 „ mismo Rey Phelipe , de los mis-  
 „ mos Rios , y de otros , que cor-  
 „ ren por los dichos Reynos , Pro-  
 „ vincias , Principados , Dominios ,  
 „ é Islas , Nos ha sido represen-  
 „ tado , y humildemente suplicado  
 „ por parte del dicho Phelipe , Rey ,  
 „ que con benignidad Apostolica  
 „ Nos dignassemos de proveer al  
 „ gasto , è indemnidad de él , y de  
 „ sus Successores , y à los dispen-  
 „ dios , que se havian de hacer en  
 „ la tal Obra por el mismo Pheli-  
 „ pe , Rey , y quizà por sus Suc-  
 „cessores , y haciendole especial  
 „ gracia , conceder , y acordar li-  
 „ beralmente para siempre en ca-  
 „ da un año al mismo Phelipe , Rey ,  
 „ y à sus Successores en dichos  
 „ Reynos , el aumento de Diezmos ,  
 „ y Primicias , y tambien el de  
 „ los Novales , de qualquier modo  
 „ proveniente de las Aguas , que  
 „ por el mismo Phelipe , Rey , y  
 „ sus Successores , se havian de con-  
 „ ductir , y llevar , ó que quizà se  
 „ hallan ya conducidas , y lleva-  
 „ das , para regar las Tierras , no  
 „ solo en Toledo de los Ríos Xa-  
 „ rama , y Tajo , sino tambien de  
 „ otros , que por los tales Reynos ,  
 „ Provincias , Principados , y  
 „ Dominios de las Espanas , è Is-  
 „ las de Canarias corren , como las  
 „ sobredichas Aguas sean primera-  
 „ mente conducidas para regar las  
 „ Tierras , aunque no se hayan lle-  
 „ vado hasta el fin ; ó de proveer en  
 „ otra

„ præmissis providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos  
 „ igitur singularum præfatarum  
 „ literarum veriores tenores , ac si  
 „ de verbo ad verbum præsentibus  
 „ infererentur , necnon situs ,  
 „ confines , dænominationes , & vo-  
 „ cabula Regnum , Provincia-  
 „ rum , Principatum , Dominio-  
 „ rum ac Insularum , necnon Civi-  
 „ tatum , Diæcesum , Oppidorum ,  
 „ & locorum ubi Terræ irrigandæ  
 „ hujusmodi existunt fluminum-  
 „ que præfatorum , & aliorum quo-  
 „ rumcumque in dictis Regnis  
 „ Provincijs , Principatibus , Domini-  
 „ nis , & Insulis consistentium no-  
 „ mina , & denominationes , &  
 „ Aquas , quas idem Philippus Rex  
 „ ex supradictis fluminibus deri-  
 „ vari fecit , præsentibus pro suffi-  
 „ ciente expressis , & insertis ha-  
 „ bentes , indemnitatique ipsius  
 „ Philippi Regis , & Successorum  
 „ suorum consulere volentes , eun-  
 „ dem Philippum Regem à qui-  
 „ busvis excommunicationis , sus-  
 „ pensionis , & interdicti , aliquaque  
 „ Ecclesiasticis sententijs , censuris ,  
 „ & pœnis à jure , vel ab homine  
 „ quavis occasione , vel causa latis ,  
 „ si quibus quomodolibet inno-  
 „ datus existit , ad effectum præ-  
 „ sentium dumtaxat consequen-  
 „ dum , harum serie absolventes ,  
 „ & absolutum fore censentes , hu-  
 „ jusmodi supplicationibus incli-  
 „ nati , Vobis , vel cuilibet vestro-  
 „ rum per præsentes commitimus ,  
 „ & mandamus , quatenus Vos , vel  
 „ duo , aut unus vestrum per Vos ,  
 „ vel alium , seu alios habita dili-

„ gen-

otra forma en quanto à las cosas  
 sobredichas. Nos , pues , teniendo  
 por suficientemente expressados , &  
 insertos en las presentes los teno-  
 res mas seguros de cada una de  
 las sobredichas Letras , y como  
 si palabra por palabra estuvies-  
 sen insertos en las presentes , y  
 tambien los sitios , confines , de-  
 nominaciones , y nombres de los  
 Reynos , Provincias , Principa-  
 dos , Dominios , è Islas , y as-  
 simismo de Ciudades , Diocesis ,  
 Aldéas , y Lugares , en que se ha-  
 llan las Tierras , que se han de  
 regar , y los nombres , y denomi-  
 naciones de los sobredichos Rios ,  
 y de otros cualesquiera , que exis-  
 ten en los citados Reynos , Pro-  
 vincias , Principados , Dominios ,  
 è Islas , y las Aguas que el mis-  
 mo Rey Phelipe ha hecho con-  
 ducir de los sobredichos Rios ; y  
 queriendo atender á la indemni-  
 dad del mismo Phelipe , Rey , y de  
 sus Successores , por el tenor de  
 las presentes absolviendo , y dan-  
 do por absuelto al mismo Phelipe ,  
 Rey , de qualquiera excomunion ,  
 suspension , y entredicho , y de  
 otras Eclesiasticas sentencias , cen-  
 suras , y penas à jure , vel ab homine  
 pronunciadas por qualquiera oca-  
 sion , ó causa , si en alguna mane-  
 ra huviere incurrido en ellas , pa-  
 ra conseguir solamente el efecto  
 de las presentes , inclinados á estas  
 súplicas , cometemos por las pre-  
 sentes à vos , ó à qualquiera de vo-  
 sotros , y mandamos , que vos , ó  
 dos , ó uno de vosotros , hecha  
 exacta informacion por vos , ó

C

por

„ D'genti informatione , quantum  
 „ quolibet anno à tribus amis citrā  
 „ fertili cum sterili ( ut præfertur )  
 „ compensato pro Decimis , & Pri-  
 „ mitijs ex fructibus in Terris  
 „ etiam Novalibus dictorum Reg-  
 „ norum , Dominiorum , Principa-  
 „ tuum , & Insularum collectis , Ec-  
 „ clesijs , Monasterijs , Præceptorij ,  
 „ Hospitalibus cuiuscumque Or-  
 „ dinis etiam Sancti Joannis Hie-  
 „ rosolymitani , ac Militiarum  
 „ Sancti Jacobi de Spatha , ac de  
 „ Alcantara , & Calatrava , seu alijs  
 „ pijs locis in Civitatibus , Locis , &  
 „ Villis in eisdem Regnis , Domi-  
 „ nijs , Principatibus Hispaniarum ,  
 „ & Insularum Canariarum con-  
 „ sistentibus , aut illarum , vel illo-  
 „ rum Abbatibus , Prioribus , Præ-  
 „ ceptoribus , & Rectoribus , seu  
 „ Beneficiatis , aut quibusvis alijs  
 „ qualitercumque qualificatis , De-  
 „ cimas , & Primitias hujusmodi  
 „ percipientibus per solutum fue-  
 „ rit , si præfatus Philippus Rex , seu  
 „ Successores sui præfati Aquam  
 „ ex dictis , & quibusvis alijs flumi-  
 „ nibus Regnorum , Dominiorum ,  
 „ & Principatum Hispaniarum ,  
 „ & Insularum Canariarum , vel il-  
 „ lorum alicujus , ubi major nece-  
 „ sitas fuerit deduci fecerit , seu fe-  
 „ cerint , aut etiam in his , in quibus  
 „ idem Philippus Rex jam Aquas  
 „ deduci , & deribari fecit , taliter ,  
 „ ut propter Terrarum hujusmodi  
 „ irrigationem fructus excrescant ,  
 „ & ubiores fiant , & excreverint ,  
 „ authoritate prædicta statuatis ,  
 „ ordinatis , & quilibet vestrum ,  
 „ vel à Vobis , & quilibet vestrum

„ Sub

por otro , ò otros , dè lo que en cada  
 un año de los tres ultimos passa-  
 dos , regulado ( como yá expressa-  
 do ) el fertil con el esteril , se hu-  
 riere pagado por Diezmios , y Pri-  
 micias de los Frutos cogidos en las  
 Tierras , y tambien Novales de los  
 dichos Reynos , Dominios , Prin-  
 cipados , è Islas , à las Iglesias , Mo-  
 nasterios , Preceptorías , Hospitalles  
 de qualquiera Orien , y tambien  
 de San Juan de Jerusalén , y de  
 las Militares de San-Tiago de la Es-  
 pada , de Alcantara , y Calatrava ,  
 ò à otros Lugares píos , que existen  
 en las Ciudades , Villas , y Pueblos  
 de los mismos Reynos , Dominios ,  
 Principados de las Españas , è Islas  
 de Canarias , ò à los Abades , Prio-  
 res , Preceptores , y Rectores , ò  
 Beneficiados de ellas , ó de ellos , ó  
 à qualesquiera otros calificados en  
 qualquiera otra forma , que percí-  
 ben semejantes Primicias , y Diez-  
 mos , si el referido Phelipe , Rey ,  
 hiciere , ò sus sobredichos Succes-  
 sores hicieren conducir el Agua de  
 los expressados Ríos , ó de otros  
 qualesquiera de los Reynos , Do-  
 minios , y Provincias de las Españas , è  
 Islas de Canarias , ò de algu-  
 no de ellos , donde la neces-  
 dad fuere mayor , ò tambien en  
 aquellos à que el mismo Phelipe ,  
 Rey , ha hecho yá conducir , y lle-  
 var las Aguas en modo tal , que por  
 causa del riego de estas Tierras  
 crezcan los Frutos , vengan mas  
 pingues , y se aumenten ; establez-  
 cais , y ordeneis con la sobredicha  
 autoridad , y qualquiera de voso-  
 tros , ò el Subdelegado por vos , ó  
 por

„ Subdelegatus statuat, & ordinet,  
 „ quod solutis annis singulis per-  
 „ petuis futuris temporibus Abba-  
 „ tibus, Prioribus, Preceptoribus,  
 „ Rectoribus, Beneficiatis, & qui-  
 „ busvis alijs personis, Decimis, &  
 „ Primitijs, prout in uno ex dic-  
 „ tis tribus annis fertili cum sterili  
 „ (ut præfertur) compensato solu-  
 „ ta fuerint, excrescentia, seu augu-  
 „ mentum decimarum, & Primi-  
 „ tiarum hujusmodi propter Ter-  
 „ rarum irrigationem pro tempo-  
 „ re proveniens, & Decima Nova-  
 „ lum ultimo dictorum in dictis  
 „ Regnis, Dominijs, & Principati-  
 „ bus universarum Hispaniarum,  
 „ & Insulæ Canariarum etiam an-  
 „ nis singulis, perpetuis futuris  
 „ temporibus ad eundem Phi-  
 „ lippum Regem, & ejus Succe-  
 „ sores predictos, ipsorum Succe-  
 „ sores, legitimè spectent, & perti-  
 „ neant, illisque solvi debeant, or-  
 „ dinetis, statuatis, & decernatis, &  
 „ quilibet vestrum, & unusquis-  
 „ que à Vobis, & quilibet vestrum  
 „ ad præmissa Subdelegatus, ordi-  
 „ net, statuat, & decernat, dicta  
 „ auctoritate Apostolica, & tenore  
 „ presentium, ac pro manutentio-  
 „ ne, & perpetua tuitione dicto-  
 „ rum Rivulorum, ac Fovearum,  
 „ quæcumque Statuta, & Ordina-  
 „ tiones rationabilia, & honesta  
 „ edatis, & quilibet vestrum ad  
 „ præmissa Subdelegandus edat, &  
 „ statuat, ac pro perfectione, &  
 „ manutentione Fovearum, ac Ri-  
 „ vulorum hujusmodi, cum Ope-  
 „ rarijs, & Laboratoribus eorum-  
 „ dem Rivuloram, & Fovearum,  
 „ tam

por qualquiera de vosotros esta-  
 blezca, y ordene, que pagados  
 siempre en cada un año en los fu-  
 turos tiempos à los Abades, Prio-  
 res, Preceptores, Rectores, Be-  
 neficiados, y à otras cualesquier  
 personas, los Diezmos, y Primi-  
 cias, como se hubieren pagado  
 en uno de los dichos tres años,  
 regulado [ segun va referido ] el  
 fertil con el esteril, el aumento, ó  
 crecimiento de los Diezmos, y  
 Primicias, que por tiempo pro-  
 viriere por razon del tal riego de  
 Tierras, y los Diezmos de los No-  
 vales, ultimamente nombrados,  
 en los citados Reynos, Dominios,  
 y Principados de todas las Es-  
 pañas, è Islas de Canarias, to-  
 quen, y pertenezcan legítima-  
 mente tambien en cada un año  
 perpetuamente en los futuros  
 tiempos al mismo Phelipe, Rey,  
 y à los sobredichos Successores de  
 él, y Successores de ellos; y que  
 con la dicha autoridad Apostolica,  
 y tenor de las presentes, orde-  
 neis, establezcais, y decreteis, y  
 qualquiera de vosotros, y cada  
 Subdelegado por vos, ó por qual-  
 quiera de vosotros para las cosas  
 sobredichas, ordene, establezca,  
 y decree, que se deban pagar à  
 ellos; y que para la manutencion,  
 y perpetua conservacion de las di-  
 chas Zequias, y Canales, publi-  
 quéis, y qualquiera, que para  
 las cosas sobredichas fuere vu-  
 esto Subdelegado, publique qua-  
 lesquier Estatutos, y Ordenan-  
 zas razonables, y discretas; y  
 que para la perfecta conclusion,

y

„ tam quoad observationem festorum, quam eorum, in quibus, ut ab operibus servilibus abstineatur, & ab Ecclesia statutum est, non teneantur, autoritate Apostolica dispensatis, & qui libet, & unusquisque à Vobis ad premissa Subdelegandus dispenset, omniaque alia, & singula circa premissa quomodolibet necessaria, & opportuna eadem authoritate faciatis, & exequamini, & quilibet vestrum, & unusquisque ex Vobis ad premissa Subdelegandus, faciat, & exequatur, ac contra quoscumque Rebelles, & inobedientes per Censuras Ecclesiasticas, & alia opportuna juris remedia appellatione postposita procedatis, & unusquisque ex Vobis Subdelegandus procedat, illos aggravando, reaggravando, & si opus fuerit contra illos brachium seculare invocando. Non obstantibus premissis, ac Apostolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet facientibus, quibusvis Monasterijs, Preceptorij, Ecclesijs, Domibus, & personis per Nos, & Romanos Pontifices Praedecessores Nostros quomodolibet concessis, etiamsi pro illorum derogatione specialis, expressa, & specifica, ac individua mentio facienda, & certa forma servanda fo-

„ ret:

y conservacion de las tales Zemquias, y Canales, dispenseis con autoridad Apostolica, y qualquiera, y cada uno, que para las cosas sobredichas fuere Subdelegado por vos, dispense con los Obreros, y Peones de las mismas Zemquias, y Canales, sobre no estar obligados, asi en quanto á la observancia de los dias de Fiesta, como de aquellos, en que está mandado por la Iglesia, deberse abstener de Obras serviles; y que con la misma autoridad higais, y executeis, y qualquiera de vosotros, y cada uno, que para las cosas sobredichas fuere Subdelegado, haga, y execute todas las demás, y cada una, de qualquier modo necesarias, y convenientes para las referidas; y que procedais, y cada uno, que por vos fuere Subdelegado, proceda contra qualquier Rebelde, è inobediente por Censuras Ecclesiasticas, y otros oportunos remedios de Derecho, pospuesta la apelacion, agravandolos, y reagravandolos, è implorando contra ellos, si fuere necesario, el Brazo Secular. No obstando á las sobredichas cosas las Constituciones, y Ordenaciones especiales, y generales, publicadas en Concilios Synodales, y Provinciales, y tambien las Apostolicas, y asimismo los Privilegios, Indultos, y Letras Apostolicas, que de qualquier modo hacen en contrario, concedidas en qualquiera forma por Nos, y los Romanos Pontifices nuestros Predecesores, à qualquier Monasterios, Preceptorías,

Igle-

„ ret : Quibus omnibus , & singulis  
 „ illorum omnium tenores , etiam  
 „ perinde ac si de verbo ad ver-  
 „ bum infererentur , presentibus  
 „ pro sufficienter expressis haben-  
 „ tes , hac vice dum taxat illis alias  
 „ in suo rohore permansuris spe-  
 „ cialiter , & expressè derogamus ,  
 „ ceterisque contratariis quibus-  
 „ cumque . Datum Romæ apud  
 „ Sanctum Petrum sub Annulo  
 „ Piscatoris die XVIII. Julie M.D.  
 „ LXXIX. Pontificatus nostri An-  
 „ no Octavo. Clar. itidem mem.  
 „ Philippus V. dum pariter vixit  
 „ earundem Hispaniarum Rex  
